

humilitate et mortificationis operibus semetipsos purgare contendunt, et hoc modo se disponere ac preparare ut aptiores sint ad sequentes congressus revincendos.

Hanc hujus loci interpretationem tradidisse visus est validissimus ille Christi miles Antonius, hujusmodi bellorum scientissimus, qui sicut omnes principes tebarum aries invictè Dei auxiliū munitus superavit; ita et omnes illius astus, machinas calidasque cogitationes egregiā calluit. Is autem, ut refert B. Athanasius in ejus Vitā, quam elegansimè descripsit, crebro asserebat talem à se visum diabolum, quem eum Dominus B. Joho hoc capite sub tipo Leviathanus depinxit; duritum autem et obstinatum, quā nobiscum agit, exprimens dicebat: Demones quidem orationibus ac jēmūnis vincī posse; sed solēt, inquit, sauciū gravis assurgo, et mutata arte pugnandi acris in eos qui se vicerant agere. Imō, sicut iudicat Athanasius retulit, cùm egregiam Antonius de diabolo tentante victoriam reportasset, neque Antonius, inquit, securitatem dedit hic unus triumphus, nec diabolus semel fracte viderit; nam et iste uero leu regius querelat aditum per quem posset irrumperet; et ille Scripturam docens dicitur non ignoravit multas esse demonum captiones: propter quod solerti propūtum labore servabat, considerans quia posset Satanus in carnis colluctatione superatus novarum adversariis se artium machinas aeris commovere: idcirco magis ac magis subjugabat corpus sum, ne victor aliorum in aliis vinceret. Vide quomodo hic angelus, eo ipso quod inimicū hunc validē percussisset, timore anguiti, et scipsum per eximā mortificationis opera purgare contendat, sciens inimicum sum primum certamine victimū statim aliud gravius bellum inducitur.

Nemo igitur securitatem sibi promittat, quantumcum tentatorem devicerit: quem enim de gula tentantem fortiter percussisset, statim experieris ad superbiam vel inanem gloriam excitantem: et quem in luxurie materia Deo adjuvante superasti, subito senties, si attendis, ad murnurationem vel detractiōnem vel aliud vitiorum genus pertrahere conantem. Nullius quippe homini virtute et gestis animi fiducia à conatu furioso et impressione revocatur; imò verò tum maxime ut myrmillo in retiariū sic in hostem irruit, cùm objectum videt fortē et erectum animum, quem elatus vice rōpe aggreditur. Vidi hoc Ennodius in Vitā S. Antonii, et sic admodum: *Acrius circa robustos diaboli certamen est, et majoribus copiis illos aggreditur*, etc. Et D. Cyprianus Epist. 6: *Fortorem, inquit, quemque magis aggreditur, et acrior factus hoc ipso quod vicitus est, superanten superiorē conatur*. Similia quedam multa ante gravissimus Tertullianus prodiderat, qui cum lib. de Pemi-tentia cap. 7, dixisset pericacissimum hostem: numquā malitia sue otium facere, subdit: *Atqui tunc maxime savit, cūm hominem sentit plāne liberatum: tunc plurimum accendit diū extinguitur*. Nec eleganter minus atque verē Fulgentius Epist. 3: *Armit, in-*

quit, quibus eliditur surgit, et virtute quā dejicitur dejecti.

VERS. 21. — SUB IPSO ERUNT RADII SOLIS; ET STERNET SIBI AURUM QUASI LUTUM (1). Locus hic, inquit

(1) Reddi potest Hebreus: *Sternit sese super fragmina testarum, et super cuspides acutissimos, tanquam super mollem hamam, super lutum*. Corium bellum durum est adeo ut ille super glares asperitas et durissimas, super lapides et testarum fragmina cubet. Septuaginta: *Lectus ejus obelisci acutus; et omne aurum maris sub eo, sicut lumen inenarrabile*. Theodosius: *Cubit super fabri ferramenta. Aquila: Super acuminis testarum*. (Calmet.)

SUB IPSO ERUNT RADII SOLIS, et aqua subtilitate solis eripiet aspectum. Sanchez putat radios solis pro re pretiosis ponit, quasi dicat: Non curat res splendentes et pretiosas ut radii solis sunt, ut etiam aurum negligit, quod non pluris facit quā lutum. (Menochius.)

SUB IPSO ERUNT RADII SOLIS, quia illas quasi in suā potestate habet, ut quando volet incalcescere, diductis loriciis et squamis, pro litho eos excipiat; sin nolit, conclusas teneat, et quasi ferreum, et impervium montem sese illis opponat.

STERNET SIBI AURUM QUASI LUTUM, id est, merces aureas et pretiosas, que magna copia navigis quaqua versum velumtur, ipse diripi, dissipat, dispersit, conficit navibus, nec pluris facit immensos thesauros, quam lutum, quod pedibus ejus in fundo mari substratum facit. Ita S. Thom. (Tirinus.)

Hunc versum plerique interpres vertunt: *Sub eo acuminis teste, sternit rem acutam super lutum*, intelliguntque de cubili bellua, que ob cutis duritum ita molitur super rupes praecatas et incidentes, quae se p̄t sunt in mari aut fluminibus majoribus, velut super lutum resident, ut in mari strato homo jacet. Ita et Cocecius: *Corvi duritiae tanta, ut acuta sternat subter se sine nocte, et scopulis pungentibus, aut secundis instar tribulat, incubat* (Bochartus vero ipsum tergus bellum testarum eminetur) *quarum comparatione etiam. Elianus in eodem argumento usus est*, et tribulat comparari putat, interpretatione hoc modo instituens: *Pro eo, scilicet, loco ejus, (ut supra 46, 4,) sunt acuminis teste, i.e., frusta gladium et bastam, aut quodvis aliud telum in hoc animali intentaveris, nam pro eo nihil feris; quam testarum eminentias, i.e., squamas, tam formā, quam duritiae teste similis, non tam animalis corpus, sed tritandū potius in luto jacere putes, cuius tergum, laitudib⁹ et ferris exasperatum, quovis ictus repercutiat. Quod quesumus est, ac ē longinquum peitum. Muntinghe prius hemisynthium vertit: Sub eo sunt scutis arachidis, i.e., corporis sui mole solo veluti scutis infiniti. Posterior hemisynthium vertit cum Michaelae: Sternit sese tribulat ferre instar, omnium coniunctiū, super luto* (est, i.e., pro luto reputatur), *sed: Cuspida tum quodque pro luto est, i.e., pro luto reputatur: sed: Cuspida omne in lutan sternit. Hieronymus: Sub ipsa erunt radii solis, et sternet sibi aurum, quasi lutum. Quoniam interpretationem hanc dubiē acceptat Hieronymus a magistro suo Lydieni, et eam ipsam infernos propagatam tradidit, i.e., in loco, iniquiōnis, mansonijs ejus sunt splendores solis, nam et squamis ejus, sub ipso, i.e., in ventre, splendet et atque lucet, sicuti sol.* (Rossmöller.)

SUB IPSO ERUNT RADII SOLIS, id est, in ejus potestate, vel, quia fluctibus agitatis, solis aspectum eripere potest, vel, quia eis sive diductis squamis excipere, sive illis pro litho conclusio excludere potest.

Sed eo (sunt, apud ipsum, in loco ejus, ubi ipse est) acuminis (vel acies) teste, sive testacea, vel acuta teste, acuta testacea frusta, testarum fragmina, q.d.: Scopuli in mari, ita firmi ac prædicti et præcauti ut testa, super quos sepe insidet (dim. mare facta ut testa, aut aliquid quiescat), nec tamen leditur. Vel, scilicet

Sanctius, sicut variè à variis redditur, sic etiam in varia auctorū judicia distractur. Hebrei pro solariis radis acuta supponunt testarum fragmenta; quod item secundo loco faciunt pro auro; et usque adē duram esse putant cetera aut squamatam loriam Leviathan, ut in acutis testis aut petrarum acuminibus ita placide dormiat, ac si supra lutum subactum et moliter solutum requiesceret. Non longè ab his receperunt Septuaginta Interpreti, que sic habet: *Lectus ejus obelisci acutus, et omne aurum maris sub eo sicut lutum inenarrabile*. Theodosius pro obeliscis vertit, *ferramenta fabri*; Aquila, *acumina testarum*. Eodem fērme modo Chaldaea. Ratio autem tanta diversitatis orta est ex duabus vocibus Hebraicis, que ambiguum habent significacionem: prior est *chadue*, que significat *acumina*, que figuram referunt radiorum qui acuminati sunt: posterior est *cheres*, quia *testam* valet, et leviter permutatione *solem* significat.

In vulgatā translatione nostri etiam interpres non satis inter se convenient. Quidam in *auro radiisque solariis*, squamas intelligent splendentes, quibus incubans Leviathan quiescat et dormiat: alii, tantam esse molem prodigiōse bellum, ut umbras longissimam tanquam mons altissimus effundat. Alii radios sub cete exponunt, tales que minimè valeant ipsum calcificare, quasi in eo genere radii vincentur, et sub cete prōinde esse dicuntur. Alii dicunt sub ipso esse radios solis, quia illas quasi in suā potestate habeat, ut quando vult incalcescere, diductis loriciis et squamis pro litho eos excipiat; sin nolit, conclusas teneat, et quasi ferreum et impervium montem sese illis opponat.

Mihī autem hoc loco *radii solis* videtur metaphoricē sumendi, prout Sanctus et Joannes à Iesu Maria recte observant, pro rebus quibuscumque maximū splendoris ac pretiū, ut sit sensus: Res pretiosas et instar radiorum solis illustris sub ceto jacere in imo cavatibus maris, quibus ille incubat: ubi quoque merces aureas et gemmas, que ex transmarinis regionibus magnā copia navibus quaquaversum veluntur, ipse diripi, dissipat, dispersit, ipsi navibus eversis et contrafictis; nec immensos thesauros pluris facit quam lutum, quod pedibus conculeatur. Aut deinceps intelligit nomine *auri et radiorum solis* excellētēs militum exercitus, qui omni armori generē muniti procedant; inter quos quidam repertur, qui spectantes oculos rapunt; aut quia ita auro repletū sunt, ut nihil in eis nisi aurum appareat; aut quia latitudissimis armis induti radios ad instar solis à seipso emittere videantur. Hos quidem homines magni faciunt, et inimici superare contendunt; ipse tamē flocci pendit. Et hume esse legitimum horum verborum sensum puto, ut clariss. patet considerans. Deinde ibi sub tipo Leviathan exprimere voluisse diabolum

et leviter, ferramenta fabri. Lectus ejus obelisci acuti, subducent ei ut acuminis testacea, i.e., vibrati in eum lapides tanquam diractae teste resilient, et in profundum abeunt; similliter et sequens membrum accipunt: Substernit excisum in luto, i.e., ferrum communis in profundum marius dejet, ubi lutum est. (Synopsis.)

nullos militum incursus formidant, omniaque armorum genera, ferrea, area, argentea vel aurea pro nibilo ducentem: non enim appetit ille hominem, quem in hoc mundo divitii aut gloria corporis robore pollentem viderit; sed caput, inquit, *ejus natus piscatorum* est. (Ita legi sanctus Hieronymus supra, vers. 16, quod in nostrā Vulgatā habetur: *Cum sublatis furet, timebunt angelī*.) Piscatores autem sunt apostoli et viri apostolici, qui omnia pro Christo reliquerunt, scosque totos ejus obsequio dicarunt, et quos Dominus ut se sequentem vocavit. In his est *caput ejus*; id est, hos appetit et concupiscit, omnemque mouet lapidem ut hos capiat sibi subjiciat.

In arcā igitur sensu *radii solis et aurum*, hoc est, pretiosa quoque cimelia spiritualia virtutesque divinae, sub domine esse dicuntur, quando viros sanctimonīa vita insignes prosternit: non res infinitas contemplatur, nec oculis rapiunt homines perditi, qui se ipso cēdē tradiderunt; sed viros sublimes, quos excellētiori sanctitate fulgere vident, vehementius insectat. Quamobrem diabolus optimè à sancto Chrysostomo, hom. 5 in verba Isaiae: *Vidi Dominum, etc.*, pirate comparatur, qui omni ope atque operā nos bonis omnibus conatur evertere. Ut enim prædones, inquit ille, non solventem est portu navini inanem, et merces aliunde petentem invadunt, sed constant in redditū observant atque diripiunt; ita diabolus, ubi complures virtutes magno studio collegeris, tum verò in te quasi in onustam merces navini impētum facit. In quo quidem (ut bene admodum R. P. Claudio in Epistola suā de Renovatione spiritū animadverterit) illius preda non solū magna est, quod de nostris hominibus prædatur, sed etiam quod offensio nostra ad directionem valet aliorum, qui nostro exemplo in fraudem ac perniciem indecentur.

Eodem spectat quoque magna illa celebrisque S. Antonii visio, quam B. Athanasius refert in ejus Vitā: Quādam enim nocte, inquit, cubiculo inclusus suo audiuit vocem clamantem et dicentem: Antoni, exurge, exi, et vide; qui exurgens, et egressus, elevatus ad cœlum oculis, vidit quandam longum atque terribilem caput usque ad nubes attollentem: vidit etiam pennatos quosdam se elevere cipientes ad cœlum, atque illum extensis manibus prohibere transgressum: è quibus alios apprehensos elidebat ad terram; alios frustre retinere contendens, dolebat sup er se ad coelestia evolare; et maximum gaudium mixtum in nescio victoresque tribuebant; statimque ad eum vox facta est dicens: *Animadverte quod videas*. Et tunc copia illuminato corde intelligere animarū a esse consensum et diabolum prohibentem, qui et sibi i. retraint obnoxios, et in sanctorum, quos deciper e non poterat, crucifixeret volati: scilicet ad eos potis simur deverbando rapitur, qui virtutem pennis evolant ad coelestia.

VERS. 22. — FERVERSCERE FACIT QUASI OLLAM PRO FONDUM MARE, ET PONET QUASI CUM UNGUENTA BILIUM (1). Id est: Hac bellū ratante tanto fervet res.

(1) *Il sera bouillir le fond de la mer comme l'eau d'un*

pelagus, ut tanquam unguentorum olla juxta ignem ebullire videatur.

Tropologicè ponit hic duas metaphoras aptissimas ad explicandum quid diabolus in iracundis, qui illi obsequuntur, efficiat. Prima desumpta est à mari fervente quasi olla. Consuverat S. Gregorius Nazianzenus, ut ipse refert, orat. 28, siquando à studiis et negotiis, que pastoralis cura secum fert, defessus ad mari oram, recreandi animi gratia, accedere ubi nec à sanctis cogitationibus vacabat; quin potius ex his que in mari videbat ad philosophandum adduciebatur: illud autem diligenter attendebat, quomodo mare aliquando quidem placidum quietumque stare, aliquando vero insta ebullientia olla fluctus validos emitteret, quibuscum una densam sponam faciesque innumadas, quas prius tenebat absconditas, ad litus effundebat. Quia in re eorum hominis S. Gregorius considerabat. *Pravum est enim cor hominis et inscrutabile,* Jer. 17, 9, et nemo scit quemam intrare se confinat, sicut nec quid mare sinu suo foreat. Nam dum homo quidem cor sumum quietum tenet, placidam faciem, gratos oculos, aspectum jucundum videntibus offert; ubi autem vento ire aut maligna démonis instigatione agitur, mirum est quantas immunditas, quot malo-dicta, convicia, verba feda et inordinata incompositas quo motus eructet; ut recte in ipsum quadret quod S. Apostolus Iudas de quibusdam dixit, vocans eos *fructus feri maris despumantes suas confusiones.*

Addi Deus secundam metaphoram: *Et ponet quasi cum unguenta bullunt.* Cum unguentarius ex diversis

pot, et la fera partire comme un vaissau plein d'onguent, qui s'élèvent par l'ardor du feu. La lumière brilla sur ses traces; il verrà blanchir l'âme après lui.

Le grand mouvement de ce monstre de l'océan, son souffle impétueux, et la violence de cette respiration, par laquelle il pousse à toute heure une grande quantité d'eau hors de son corps, produisent comme une espèce de bouillonnement permanent dans la mer au lieu où il est. Ce que Dieu ajoute de ce vaisseau plein d'onguent qui bout sur le feu, est pour exprimer plus fortement la violence de cette agitation de la baleine, n'y ayant rien qui s'échappe et qui bouille avec plus d'ardour que les onguments, à cause de l'infuse et des gommes dont sont les composés. Cette lumière, et cette blancheur dont il parle, n'est autre chose, selon tous les interprètes, que la lueur et l'éclat d'une eau agitée avec violence.

Ceci nous exprime parfaitement la force avec laquelle le véritable Leviathan agite le cœur de tous ceux qui sont à lui, et sur lesquels il domine, comme ce monstre semble dominer au fond des abîmes. Ses traces sont accompagnées d'une certaine teur, qui imite en apparence la lumière de la vérité, mais qui n'est qu'un faux brillant. C'est à ceux qui appartiennent à Jésus-Christ, à prendre garde donc pas quitter la véritable lumière pour cette lueur trompeuse qui mène à la mort, et qui conduit dans l'abîme. (Sacy.)

Le crocodile n'est pas un poisson de mer; mais dans le style des Hébreux le nom de *mer* comprend tous les grands amas d'eaux, les lacs, les étangs, et quelques-uns du Nil à cause de ses inondations; selon ce qui est dit dans Isaïe même: *La mer se trouvera sans eaux, et le fleuve descendra sec et aride;* (Isai. 39, 5) ce que les interprètes expliquent du Nil dont l'inondation devait manquer, comme cela arrivait quelquefois.

(Bible de Vence.)

radiibus et oleis unguenta conficit, igneque cacabo vel caldarice admovet, mirum est hoc ipso quanto illico impuritates ac sordes in partem superioram et extream entant, quam fortitudine odorem spirent, ut adstantes manus naras obturare cogantur. Idem accedit illis quos diabolus ira succedit; ponit enim eos quasi unguenta dum bullunt, et facit ut exterius impura fortitudine verba effutant, que circumstantes plurimum offendant.

Altior S. Hieronymus (si ejus sunt illi commentarii) hoc loco per mare hunc mundum intelligit, quem diaboli quasi olla carnali accedit concepcionis, ut ferveat ad amanda terra. Illud autem quod sequitur: *Quasi cum unguenta bullunt,* sic intelligi: ut quemadmodum sancti spiritu gloriarum amore in Spiritu sancto ferveant, ita ad amorem mundi homines presentis vite desiderio quasi quibusdam successoribus exardescant. Illud etiam existimo indicare suggestionem et tentationem Leviathan, que facit ut improbi tanquam olla carnalibus desideris effervescent, eandem, cum bonis exigit, effere ut eorum pretiosas et suarissima virtutum unguenta, que abscondita animo latebant, tentationis igne calcant, et incredibili ex se fragrantiam et odorem afflent. Itaque quo tempore nefari homines tanquam olla carnalibus desideris fervent, eodem in ipsam tentatione sancti quasi pulcherrima phialae unguentis virtutum ebullientibus mirifice redolent. Quod autem virtutes unguenta appellantur sponsa ipsa confitetur, Cant. 1, 5: *Traho me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum.* Quia Christi unguenta, cum ardentissimo passionis igne effuerunt, universum orbem suavissimo sui odore impievrent.

VERS. 25. — *Post eum lucerit semita, astimabit abyssum quasi senescensem.* De ceto in cortice loguiri, qui tantu' aviditate et celereitate incedit ad capiendum prædam, quam videt, ut semitam quamdam spumosam albicantemque super aquas, quis concitat, post se relinquat. Unde in locis, ubi piscatores cetos piscantur, per multa millaria vident eos venientes aut discurrentes. Hocque illud est: *Post eum lucerit semita.* Color enim albus, luctens ac splendens in Scripturā vocari solet. Si queras, quidnam eum urgeat, ut tanta celereitate et diligentie feratur; respondet: quia astimabit abyssum quasi senescensem, id est, propinquum defectioni et fini. *Quod enim antiquatur et senescit propter interitum,* est, ut dixit Apostolus, Heb. 8, 13. Quasi dicat velocissimum excitari ad capiendum prædam; quia reputat abyssum ad mare quasi jam statim defecturum et finendum. *Hoc similiter de accipitribus Norvegianis dicitur,* quod velocissime volent ad prædam; quia in illis regionibus dies tantum per tres horas durat; et reputantes diem citius finendum et quasi senescensem, perniciose volatu feruntur. Hoc de cetero non assertivè accipienda sunt, sed iuxta communem phrasim, quia, cum volumus explicare aviditatem quia quis ad aliquid fertur, dicimus velocissime ferri, ac si jam omnia sibi crederet deinceps.

Tropologicè autem de diabolo est legitima horum verborum intelligentia, quem Deus, ut sepè jam monimus, sub typo ceti principaliter depingendum assumpsit; de quo inter alia hoc tradit, quod incredibili celereitate et diligentia feratur ad captandam animam pisti. Unde et B. Petrus, cap. 5, 8, illum tanquam leonem rugientem expressit circumdantem omnes, et querentem quem devoret. Et si queras hujus rationem: *Astimat, inquit, abyssum quasi senescensem.* Constituit Deus demoneum in mundo, cui induxit et concessit homines, praesertim sanctos et pios, tentare; non tamen ei indicavit quando futuri sit finis mundi: hoc tantum in Scriptura novit a Deo dictum, quoniam novissima hora est, et tempus quod restat breve. Idcirco ille reputat mundum quasi senescensem, id est, proximum fini et morti; id est tantu' velocitate fertur, non expectat annum sequentem, nec mensum, immo neque diem crastinus, aut verò horam futuram; nam scit enim an futurus sit dies crastinus, an potest tentandi et impugnandi sibi concessa hora sequenti sit duratura.

Hoc nimur est quod sanctus Evangelista Joannes audivit coelesti preconio hominum intimum, quando diabolus colo pulsus fuit; audivit enim vocem clamantem, Apoc. 12, 12: *Vg. terræ et mari, quia descendit diabolus a nobis, habens trans magnam, scimus quia modicum tempus habet.* Sed quomodo modicum tempus habet? Jam post illam vocem transacti sunt ferre nullae et sexcenti anni, et nondum finis et modicum tempus habet. Modicum tempus dicitur, primo, quia ut S. Hieronymus epist. 3 ad Heliodorum, et S. Gregorius lib. 15 Moralem, cap. 2, observant, modicum vere dici potest omne tempus quod finitur; secundo, quia nescit illes, si hodiè, aut cras, aut anno sequenti erit finis temporis sibi concessi ad tentandum, aut durationis mundi: scit ille totum tempus durationis mundi futurum modicum, et timet qualiter die illa sit extrema. Hec autem ratio vehementius illum urget et accidit erga quemque hominem singularium. Scit diabolus mortem cujusque propinquam esse, et nescit an qui surgit manè, ad vesperam sit pervertens, et qui nunc vivit, an hora sequenti victus sit; id est non expectat horam sequentem aut tempus futurum ad te impugnandum. Si igitur diabolus, quia reputat mortem tuam propinquam, tantu' diligentia ac veloci sollicitudine procurat tē à gratia statu dejeçere, timens nē, si nunc non te dejet, morte tua interveniente deficit sibi tempus, tu qui minorem habes de vita tua certitudinem, quoniam in peccato permanere audeas? quomodo expectas non horam, sed annum, immo et annos sequentes? quoniam ad peccatum securè tendis, tibi securè multam longinquam durationem promittens? Maledicunt securitatem istam vocat S. Bernardus (serm. de Verbis Domini, In sex tribulationibus), et omnium malorum causam. *Ipsa est vs,* inquit S. Augustinus, serm. 16 de Verbis Domini, quia multos occidit can-dicunt cras, et subito ostium clauditur. Remansit foris cum voce corvina, quia non habuit gemitum columbinum. Cras, cras vox corvi est. Genu ut columbus, et

tunde pectus, etc. Nihil ita decipit humanum genus, inquit S. Hieronymus, epist. 159, quād quidam ignorant spatiū vitæ suæ, longiorē sibi seculi huius possessionem reprobūtū; unde et illud dictum est egregiē nullum tam scēnam esse et decrepīcī atlās, ut non se adhuc uno plus anno vivere suspicatur. Plura de vita humana brevitate et incertitudine vide supra, cap. 14, vers. 1, et seqq.

Porro illa verba: *Astimat abyssum quasi senescensem,* sicut exponit S. Gregorius lib. 54 Moralem, cap. 26, ut significetur eō perverne diabolica mens et serpentina Leviathan astuta, ut postquam abyssum arxatipumque immensitatem repulet quasi posse senescere et hebetari: *Leviathan,* inquit, iste astimabit abyssum quasi senescensem, quia reprobōrum corda sic infatū, ut suspicionem eis de venturo iudicio, quod maxima finiatur, infundat. Abyssum namque senescere astimat, qui terminari quondam in suppliciis supernam animadversiōnē patiat. Proh mens diabolica! prob imprudentissima perditorum stultitia! fingunt miseri veterantes pomus et senescentem divini iudicii acutum, ut magis in eorum animis vita adolescent. Nec putet diabolus tam insigne mendacium hominum cordi inseminare, quando et Deus et tota Scriptura clamat vindices inferni flammis in dies repuerascere, et muniper pati diminutionem. Turpissime ergo à diabolo fallitur, qui vel post longam temporis diutinatatem aliquid mitius in inferno posse enasci putat; ibi enim pone nesciunt mitescere, nesciunt à primo vigore declinare, sed singulis momentis instantaneo.

VERS. 24. — *Non est super terram potestas quae comparatur ei, qui factus est ut nullum timeret.*

VERS. 25. — *Omne sublimē videt (1), ipse est rex.*

(1) Id est, despicit, vel *videt*, id est, spectat, molitur; quasi dicat: Nihil nisi magnum aggreditur. Vel significatur, nullū ro terri, quamvis magna sit et violenta; quasi dicat: Cuiuslibet rei quantumvis magna, etc., occurset in terra.

REX SUPER OMNES, etc. Principatus tenet inter omnes, qui fortitudine sua superbire possunt. Filii superbie phrasis Hebraicæ sunt superbiri.

(Menochius.)

OMNE SUBLIME VIDET, nempe interitus et immotus, quia ipse instar regis eminet super universos filios superbie; Heb. filios elationis: Chald., filios montium; id est, super omnia alta et elevata animalia. Unde Sept. vertunt: *Ipsa est rex omnium, que in aquis sunt.* Hebrews enim familiare est, tribueret filii nomen etiam beatiss. ut Vatāb., Aben-Esra, et ali. Allegoricæ in diabolum omnia optime quadrant, quod noster Interpres respergissimus videatur. (Tirinus.)

OMNE SUBLIME VIDET (quicquid alium est) videt nempe sub se. Synecdoche generis. *Videt*, i. e., despicit. Sic videre similitur. Cant. 1, 6: *Né me intuzamis, torvum scil., me contempnet;* quia migra sum; et Job. 57, 24: *Respicit, despicit.* Quicquid in terra aut mari elatum est præ se despici, quād cetera facile vincat.

IPSE EST REX (vel, estque regina), SUPER UNIVERSOS FILIOS SUPERBIE, sive elationis, vel elatos, vel feraces; i. e., super omnia elata et superbia primas tenet. De elatione propriæ vastarum helluarum dici videtur. Super omnes feras, super omnes vastas bellissimas dominant-

SUPER UNIVERSOS FILIOS SUPERBIE. Conclusio est longe descriptionis ceti sive Leviathan, cuius sive molem sive vires spectentur, nihil est in terris quod cum eo

tur. *Supra filios elationis*, i. e., animalia procerissima. *Super omnia elata animalia*, *super omnia animalia*, ad pisces et aquatilia quidam angustius referuntur. Ex hoc loco nostri collegemus totam hanc descriptionem Leviathan ad Satanam perfingere, quia dicit eum esse regem omnium superbiorum. Sed malo ad litteram accipere, quasi robore suo sese supra cetera cetera efficeret. Scimus est: Quoniam crocodilus sit super poterem, et repilicus accascatorem, despici tam proceris animalia, quibus corpus procerus est, et longiora crura, quorum adimplimento sese in sublimi ercent; eorum tamen maxima queque uno ictu cauda prostrata nullo negotio jugulis et dilacerat, ut testatur Diadorus, *Horae Hieroglyph.* 1, 67. Pet. Mart., *Legat.* Bab. 1, 5, Dalechamp, *Hist. plant.* 18, 99. Unus crocodilus cum elephante diu pugnavit, etc., alius cum tigride, et pugna utrius lethali fuit; quia a locorum incolis profiteretur se didicisse Teixer, de Persia regibus 1, 29. (Synopsis.)

Omne altum videt, velut sit sub se, ut solent elati infirmiores se despiciere; q. d.: Despicit quiquid aut in terra aut mari elatum est, præ se, quia cetera facile vincat, et inter omnia, quantumvis robusta et ferocia animalia, principatum obtineat, ut disertæ altero hemisphærio dicit: *Ipsæ rex est super omnes filios ferocie.* (Nullus codex, addit. de Rossi, *schartæ reptiliæ, vel aquatilis*, fert quod habent plerique veteres, ut Septuag., Syrus, Chalcid., probantur, et recentiores critici Syrus, Chalcid., Mordenhauer, Dathus. *Nos vero mirramur, illud schartæ, se sum tam jejunum fundens, ulli unquam placere potuisse.* Bene ceterum Jarchi sub his versis finem addit: *Quoniod ergo in animum tuum ausus es inducere, ut caput tuum coram me attolleret ad disceptandum contra me, qui haec tam admiranda (qualia sunt Behemoth et Leviathan) condidi?* (Rossmuller.)

CAPUT XLII.

1. Respondens autem Job Dominino, dixit:

2. Scio quia omnia potes, et nulla te latet cogitatio.

3. Quis est iste, qui celat consilium somnis?

ideo insinuerit locutus sum, et que ultra modum excedenter scientiam meam.

4. Audi, et ego loquar: interrogabo te, et responde mihi.

5. Audit auris audiri te, nunc autem oculus meus videt te.

6. Idcirco ipse me reprehendo, et ago penitentiam in favilla et cinere.

7. Postquam autem locutus est Dominus verba haec ad Job, dixit ad Eliphaz Themanitem: Iuratus es favor meus in te, et in duos amicos tuos, quoniam non es locutus coram me rectum, sicut servus meus Job.

8. Sumite ergo vobis septem tauros et septem arietes, et ite ad servum meum Job, et offerte holocaustum pro vobis: Job autem servus meus orabit pro

possit comparari; quamobrem illi hoc a natura concessum est, ut nulli cedat, nullum timeat, quia scilicet suum super omnes excellentiam agnoscat. Porro *omne sublime videt*, id est, res omnes ingentes et egregias præ se despici, quia *ipse est rex super universos filios superbie*: pro quo Chaldeus vertit, *super omnes filios montium*; Hebreus habet, *super filios elationis*, id est, super omnes elatos, vel omnia elata et magnalia alia. *Septuaginta vero translatur*: *Ἄλεται τὸ παντοῦς κέρας ἵππος*, ipse autem rex omnium que in aqua.

Symmachus reddi: *Πάντες ἡραρχεῖσθαι*, id est, *omnis naturæ redditus virus*; Theodotion, *Ῥάντος βασικῶν, filiorum tumoris et arrogantis*. Quasi dicat: Ipse est rex omnium animalium, et maximum inter ea Dei opificium et vestigium. Sic enim Hebrei tributum bestiis *fili* nomen, juxta illud, *Psalm. 28, 1: Afferre Dominic filios arictum.* Ita Mercurius, Vatablus, Aben Esra, et ali. Verum hec magis propriæ domino dicuntur, quem Deus sub typi cœti seu Leviathan præcipue volunt describere; et ut intelligamus non tam de balenâ de domine sermone instituti, concludit: *Ipsæ est rex super omnes filios superbie.* Quasi dicat: Id est quo omnia que predixi intelligenda volo, est Lucifer, qui dictur rex super omnes filios superbie: ejus regna sunt vita, que inhabitant diversi generis homines: in his scilicet regnat, quos inquit, et in iis quos polliuit dominatur. Propterea Clemens Alexanderinus, in Oratione adhortatoria adversus gentes, vocat diabolum principem aut regem vitorum: in vitiorum enim malitia dominatur ille, et principatum tenet, præsertim in superbia. Vide fusius hæc de R. Gregorii, lib. 34 *Moralium*, cap. 18.

CHAPITRE XLII.

1. Job répondit *enfin* au Seigneur, et lui dit:

2. Je sais que vous pouvez toutes choses, et qu'il n'y a point de pensée qui vous soit cachée.

3. Qui est donc celui-là qui, par effet de son ignorance, prétend dérober à Dieu le conseil et la sagesse, et cache ses fautes à ses yeux? Pour moi, Seigneur, je n'ai point cette folle pensée: c'est pourquoi j'avoue sincèrement que j'parle indiscrettement, et de choses qui surpassaient sans comparaison toute la lumiére de science.

4. Mais écoutez-moi à présent; et je parlerai avec plus de jugement: je vous interrogerai sur la cause de mes peines, répondez-moi, je vous prie, selon votre bonté.

5. Mon oreille auparavant avait ouï parler de vous, et je vous connaissais sur le rapport des autres; mais maintenant je vous vois de mes propres yeux, et je vous connais par moi-même.

6. C'est pourquoi je m'accuse aussi moi-même, je me reconnaîs capable d'avoir parlé de vous si indiscrettement, et je fais pénitence de cette faute, en m'abaisant devant vous jusques dans la poussière et dans la cendre.

7. Le Seigneur ayant parlé à Job de cette sorte, et ayant entendu sa réponse pleine d'humilité, dit à Eliphaz de Théman: Ma fureur s'est allumée contre vous, et contre vos deux amis, parce que vous n'avez point parlé devant moi dans la droiture de la vérité, comme Job mon serviteur.

8. Prenez donc sept taureaux et sept bœufs; et allez à mon serviteur Job; et offrez-les par ses mains pour vous en holocauste. Job mon serviteur priera pour vous; je le regarderai et je l'éconterai favorable

vobis: faciem ejus suscipiam ut non vobis impetretur stultitia: neque enim locuti estis ad me recta, sic servus meus Job.

9. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, et Baldad Subites, et Sophar Naamithites, et fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, et suscepit Dominus faciebat, afin que cette imprudence que nous avez commise, en accusant un homme affligé d'être coupable sans en avoir aucune preuve, ne vous soit point imputée, comme vous le mériteriez, parce que vous n'avez point parlé dans la vérité, comme mon serviteur Job.

9. Eliphaz de Théman, Baldad de Suh et Sophar de Naamath s'en allèrent donc, et firent ce que la Seigneur leur avait dit: et le Seigneur écouta favorablement la prière que Job fit pour eux.

10. Domini quoque conversus est ad poenitentiam Job, cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit Dominus omnia quæcumque fuerant Job, duplicita.

11. Venerunt autem ad eum omnes fratres sui, et universæ sorores sua, et cuncti qui noverant cum priis, et comedenderunt cum eo panem in domo ejus: et moverunt super eum caput, et consolati sunt eum super omni malo quo intulaterat Dominus super eum: et dederunt ei unusquisque ovem unam, et inauream unam

12. Dominus autem benedixit novissimi Job magis quam principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim millia ovium, et sex millia camelorum, et milie juga boum, et milie asinæ.

13. Et fuerunt ei septem filii, et tres filiae.

14. Et vocavit nomen unius Diem, et nomen se cunde Cassiam, et nomen tertii Coraustibii.

15. Non sunt autem inventæ mulieres speciosæ sicut filiae Job in universâ terra: deditque eis pater suis hereditatem inter fratres earum.

16. Vixit autem Job post hæc, centum quadraginta annis, et videt filios suos, et filios filiorum suorum usque ad quartam generationem, et mortuus est senex et plenus dierum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—RESPONDENS (1) AUTEM JOB DOMINO, DIXIT: — VERS. 2.—SCIO QUA OMNIA POTES (2), ET NULLA TE

(1) At Job, cap. 39, ult: promiserat se non amplius ad Deum locuturum, Resp. 1^o: Intelligit id de querulo et litigante sermone. 2^o Non debuit illud tunc. Deo responsum postulante.

(2) Noi quid omnia possis. Alii: *Scio quid videntur vales, ceteri sensi, id est, scio te valentissimum esse, robore et potentia pollere quam maximam.*

Ita Jerem. 42, 19: *Habitando habitabitis. Malum tandem, omnia. Nec prohibetur à te cogitatio.* Sunt, qui exponant: *Ei quid te nulle hominum cogitationes lateant, qui abstrusissima quæque mentium penetralia scruteris.* Ita Hieronymus: *Et nulla te latet cogitatio.* Verum videtur sensus potius hic esse: *nihil*, quod Deus cogitet, conetur et molitur, et denegetur esse et impossibile (ut hoc posterior hemisphærius ad declaracionem prioris subjungatur); parens in eo esset facultatem, non sicut in hominibus, qui multa velet, quæ non possunt. Ita sententia verbi se victimam similem convectum Jobs fatetur, agnoscens, quum tantu Del potest, nihil plane ab eo fieri absque ratione; unde sponte consequitur, sapientie duxit consilium, qualitatem impervestigabilis, summam cum animi demissione et reverentia hominem acquisivere debere; nec esse, quid quis de sapientissimi Numinis factis

queri debeat aut obmurmurate, sed esse placidæ et regno animo suscipienda, quæcumque ille facit aut decernit, et si corrum rationem non perspicuum.

(Rosenmüller.)

Nori, vel scio, quid omnia potes, id est, maximis viribus te prædictum esse. Alii, *calendo vates, vel, posse senti potes; i. e., quid valendo omnia possis.*

Et NULLA TE LATET COGITATIO; et non (vel nulla), prolibetur, sive prohibebitur (vel coeretur, averti posse, ad verb, vindemiabitur, à te (vel, ardua pro), cogitatio. Et nihil tibi est impossibile, et quid nullus contentus tuus impediatur. Nihil cogitas aut moliris quod non possis exsequi: par in te est voluntas et facultas. Non avertetur à te cogitatio: hypallage pro, non avertitur à cogitatione perficienda. Declarat hoc immensitatem et sapientiam et virtutis divinae. Posset hic cogitatio humanus intelligi. Non admittetur, vel subreducatur, tibi illa humana machina, quia omnia pertinuisse nosti. Alii, ut dictum est, de cogitationibus diuinis accipiunt. Ita phrasis, media est inter personalem et impersonalem. Volum autores esse metaph. à vindicatione, q. d., præsecut. Ego malum esse à locis præparatis altius ac inaccessi. Sed quid? Annon idem sepe ante hoc Job confessus fuerat, omnipoten-